UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate// librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

LXV De laude & vtilitate lachrymarum poenitentium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

Visual Library

tium. Caput LXV.

OMnipotens em̃ deus contritionẽ quærit, fleti
tibus flectitur, lugentes lætificat, pœnitenti-
bus p̄ſto eſt, magnus profectus eſt lachryma
rum. Plorando ſeruus ꝓpitiat dñm, fili⁹ lachrymis
mitigat patrẽ, & aſperã matrẽ plorãs paruulus mul
cet. Ita ergo & peccator profuſis lachrymis remouet
irã dei reformatus in ipſo. Petrus namq; trinã nega-
tionẽ lachrymis diluit. Scriptũ eſt em̃: Et recordatus
Mar. 26. Petrus &c. fleuit amare. Dauid em̃ dicit: Venite ado
Pſal. 94. Pſal. 101. remus & ploremus corã dño qui fecit nos. Et iterũ:
Pſal. 55. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, &
potũ meũ cum fletu miſcebã, ſtratumq; meũ per ſin-
gulas noctes lachrymis rigabo. Et iterũ: Deus vitam
meã nuntiaui tibi poſuiſti lachrymas meas in cõſpe
ctu tuo. Oportet igit̃ nos ſalutẽ nr̃am lugere pditã,
atq; animã nr̃am mortuã lamẽtari, vt cũ de hoc ſecu
lo abſtracti fuerim⁹ ad vitam mereamur peruenire
perpetuam.

Qui ſint fructus digni pœnitentiæ, vel qualiter pati vim regnum cælorum poteſt. Caput LXVI.

BEatus Ioannes baptiſta, & dñi noſtri Ieſu prę-
Greg. curſor ad turbas loquitur dicens: Facite ergo
Mat. 3. fructus dignos pœnitẽtiæ. In quibus verbꝭ no
tum eſt, quod amicus ſponſi non ſolum fructus pœ
nitentiæ, ſed dignos pœnitentiæ admonet eſſe faciẽ
dos. Aliud namq; eſt fructum facere, aliud dignum
pœnitentiæ facere. Vt em̃ ſecundum dignos pœnitẽ